



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De Præsumptione, & Ambitione cap. 22. & 23.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

*De obedientia clericorum ad  
piscopū, & Filiorū ad pa-  
trem. Cap. vi.*

**C**lerici in iis, quæ ad statum  
clericalem pertinent, & lai-  
ci in iis quæ ad salutē ani-  
mæ tenentur suis Episcopis obe-  
dire, & absque rationabili causa, in  
re graui eorum mandatis non ob-  
sequentes, peccant mortaliter, non  
tenentur tamen clerici de iure cō-  
muni obedire secularibus potestati-  
bus, nisi in iis quæ ut laici faciunt.  
Filii similiter dum sunt sub patris  
potestate, parentibus quo ad bo-  
nos mores, & res domesticas obe-  
dire tenentur, & in re graui nole-  
parere est mortale, sicut spernere  
obligationem quam habent al-  
parentes.

*De Præsumptione & Ambi-  
tione. Cap. 22. & 23.*

**S**ecunda Superbiæ filia est præsumptio, quæ est \* appetitus se exhibendi supra propriā potestatem, & est mortale, quando proximo infert notabile detrimētum, ut cum Medicus ignarus vult medicinæ artem sine scientia in ægris exercere, vel cum quis aliquid supra potestatem, ac vires auget, ac facit, ut si audiat cōfessiones cum non habeat facultatē, iudicet cum non sit iudex, vel exponat se periculo peceandi, cum sibi satis conscius sit, suę infirmitatis, et si in eo confidat diuinę misericordiæ, cum id sit tentare Deum: aut contra diuinam legem aliquid à Deo sperat. Ambitio est tertia superbiæ filia, quæ est \* inordinatus appetitus honorum, & dignitatū. Ex genere suo est veniale, nisi de mortali, honore, vel gloriā appetat, vel dignitates modo illis citio, ut usurpis aut simonia, quærat:

aut finem ultimam in his reponat  
vel ob malum finem honoré ap-  
petat, ut scilicet de inimicis vici-  
catur: nūc enim peccat mortaliter

*De Auaritia & quale sit pecca-  
tum. Cap. 24. 25. & 26.*

**A**varitia est secundum uirtutē  
capitale: & est \* amor im-  
moderatus habendi. Aua-  
ritia namque consistit in acquisi-  
tione, vel retinendo pecunias, & res  
alias utiles immoderato affectu.  
Quando versatur circa aliena ea  
accipiendo, vi non restituendo est  
contra iustitiam, & peccatum mor-  
tale nisi leuitas materiæ, vel deli-  
berationis defectus excusat. Quā-  
do versatur circa propria est contra  
liberalitatem, & nō est mortale nu-  
si charitatis præcepto opponatur,  
& idem dicendum est de prodigi-  
litate quæ Avaritiae opponitur, f.